

decus honorem pepererunt, ubi paulum inclinata res  
publica agitari coepit, multipliciter animus curis atque  
laboribus fatigatur: aut gloriam aut libertatem aut rem  
familiarem defensat, omnibus locis adest festinat, quanto  
5 in secundis rebus florentior fuit, tanto in adversis aspe-  
6 ruis magisque anxie agitatur. igitur ubi plebs senatui sic-  
uti corpus animo oboedit eiusque consulta exsequitur,  
patres consilio valere decet, populo supervacuanea est  
7 calliditas. itaque maiores nostri, cum bellis asperrimis  
10 premerentur, equis viris pecunia amissa, numquam de-  
fessi sunt armati de imperio certare. non inopia aerarii,  
non vis hostium, non adversa res ingentem eorum ani-  
mum subegit quin, quae virtute ceperant, simul cum  
8 anima retinerent. atque ea magis fortibus consiliis quam  
15 bonis proeliis patrata sunt. quippe apud illos una res  
publica erat, ei omnes consulebant, factio contra hostis  
parabatur, corpus atque ingenium patriae, non suae  
9 quisque potentiae exercitabat. at hoc tempore contra  
ea homines nobiles, quorum animos socordia atque  
20 ignavia invasit, ignarei laboris hostium militiae domi  
factione instructi per superbiam cunctis gentibus mode-  
1 rantur. 11. itaque patres, quorum consilio antea dubia  
res publica stabiliebatur, oppressi ex aliena libidine huc  
atque illuc fluctuantes agitantur: interdum alia deinde  
25 alia decernunt; uti eorum, qui dominantur, similtas aut  
gratia fert, ita bonum malumque publicum aestumant.  
2 quodsi aut libertas aequa omnium aut sententia obscu-  
rior esset, maioribus opibus res publica et minus po-  
3 tens nobilitas esset. sed quoniam coaequari gratiam